

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1810

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Barbery, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1182-1189]

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri [II], roi d'Angleterre, confirme les donations faites à l'abbaye Notre-Dame de Barbery

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Bajocensis, n° XXI, col. 86-88.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCL, t. 2, p. 392-395.

## Dissertation critique

Datation proposée par L. Delisle/E. Berger.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justitiariis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et præsentî charta mea confirmasse Deo et abbatiæ sanctæ Mariæ de Barbereyo, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas donationes rationabiliter sibi factas, et chartis donatorum confirmatas. Ex dono Roberti Marmion, concessione Roberti filii sui, et uxoris suæ, et filiarum suarum, et militum et hominum suorum, absque ulla reclamazione, pro salute animæ suæ, et patris et matris suæ, et uxoris ipsius, et liberorum eorum, et omnium antecessorum et successorum suorum, omnes terras quas pater suus dederat Deo et ipsi abbatiæ in Barbereyo, sicut charta ejus testatur. Ex dono etiam ejusdem terram quæ est intra parvum boscum, et Barbereyum, et haïam, et terram Roberti de Aneriis, et terram Willelmi Tosar, sicut in charta ipsius Roberti continetur. Ex confirmatione ejusdem Roberti donationem eidem abbatiæ et ipsis monachis factam a Roberto Lotrel et Hugone filio suo, et donationem campi qui est proximus abbatiæ, quem dedit Nicolaus de Vevis et Sibilla uxor ejus, concedentibus filiis eorum Roberto et Jordane, quem tenebant Gervasius Botchorle et Willelmus Botchorle fratres eorum ; ex confirmatione etiam ipsius Roberti, excambium quod fecerunt monachi cum Ranulpho filio Audulphi et fratribus ejus. Præterea ex dono ejusdem Roberti ecclesiam de Barbereyo ex integro, excepto feodo abbatiæ de Fontaneto et abbatiæ sanctimonialium de Cadomo, et ecclesiam de Brethevilla, et ecclesiam de Quilleio, et ecclesiam de Saintellis, et ecclesiam de Ketevilla cum omnibus pertinentiis earumdem ecclesiarum, et tres partes

ecclesiæ sancti Germani de Chemino et sancti Hermetis de Fontaneto, secundum quod determinatum est in charta Roberti. Item ex dono ejusdem Roberti præsentationem prædictarum ecclesiarum, quod ad jus suum pertinet, et stagnum cum molendino quod est inter Barbereyem et Brethevillam ; et in Tuepot terram cum nemore quam emit de Willelmo de Villers. Ex confirmatione ejusdem donationem quam fecit Willelmus de Cingal in veteri Meyleria et in nova Meyleria, et in campo de Liveto, concedente filio ipsius Willelmo et Johanne de Liveto domino suo. Ex donatione sæpe dicti Roberti de domino suo apud Mesons, quadraginta et octo acras terræ dimidia virgata minus, et feodum Durandi Chevestre integre, et tenementum Radulphi filii Avicgne ; et in feodo Roberti Prime, unam minam frumenti pro duobus modiis frumenti quos donabat monachis singulis annis in molendino suo apud Mesons et in excambio de Jorchis, quas donaverat prius monachis. Ex confirmatione ipsius donationem quam fecit Dionysius de Tur apud Mesons, de mansura quam tenet Hugo frater ejus de abbate et conventu de Barbereyo, et donationem Gervasii de Barbereyo, concedente domino suo Willelmo de Urvilla. Ex dono Theobaldi de Moline totum nemus de Molinis et totam planitiem adjacentem ipsi nemori usque ad fines terræ de Cingal, et duas acras terræ quæ sunt inter prædictum nemus et chimum de Moline, secundum quod determinatum est in charta sua. Ex dono Johannis filii Roberti filii Godefridi de Fontaneto, concedentibus fratribus suis Rogerio, Roberto, Manasse et Godefrido, totum campum de Corneyvilla et tres virgatas terræ apud Fontanetum Marmionis, sicut in charta ejus continetur. Ex dono Willelmi Pikenor totam decimam de feodo suo in territorio Brethevillæ et Quilleii, totum campum in Alberiis apud Quilleium, et terram quæ est intra parvum boscum et prædictam abbatiam sicut continetur in charta ipsius. Ex dono Roberti filii Hericé nepotis Willelmi de Curseio, partem nemoris sui de Cingeleis, sicut dividit fossatum terræ Richardi Placitatoris usque in alteram partem, sicut dividit petra quæ dividit terram Gervasii de Bunditia et Cingeleis. Ex concessione Willelmi de Kahamneis donationem quam fecit Radulphus le Suyant prædictis monachis de Barbereyo de campo Berthæ, quem tenebat Audulphus pro tribus minis avenæ, et unam virgatam terræ quam tenebat de eo Robertus Botchorle, et terram illam quam tenebat Josselinus Ponchard, secundum quod charta ejus testatur. Ex dono Roberti de Moë totam terram quam habebat inter stagnum monachorum et mansuram Ælesia reginæ, et duas galbas decimæ de domino Roberti de Acie, quas ipse Robertus de Moë tenebat de Radulpho de Pomeria in feodo, et ecclesiam de Veteri-fraisneio cum omnibus pertinentiis suis, sicut determinatum est in chartis ipsius. Ex dono Willelmi de Villers quamdam partem terræ suæ de Tuepot, quæ vocatur les Hullettes, et vallem Theodrici, sicut in charta ejus continetur. Quare volo et firmiter præcipio quod prædicta abbatia de Barbereyo et monachi in ea Deo servientes, omnes prædictas donationes et omnes alias quæ ipsis rationabiliter factæ sunt vel fient, habeant et teneant in libera et perpetua elemosyna, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie, et honorifice, in ecclesiis et terris, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis, et piscariis et virgultis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad eas pertinentibus in terra mea, quas aliæ abbatia de terra mea habent, testibus S. Cicestriensi et R. Lexoviensi episcopis, Richardo Bripto clerico, Willelmo clerico de camera comitum, Willelmo de Marmion, Roberto comite Melletensi, Ranulpho de Glanu, Willelmo filio Radulphi seneschalco Normanniæ, Hugone de Cressy, Wilterio de Ferrerio, Hugone de Cunay, Rogerio de Mortuo-mari, Willelmo de Mara, Richardo Silvem, apud Rotomagum.